



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

38. An mutus & surdus, si in terris Infidelium se misceat cum aliis ad
suscipiendum Baptismum, sit baptizandus? Ex p. 5 tr. 6. res. 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

RESOL. XXXVII.

An sit validus Baptismus collatus dormienti, qui illum perierat ante somnum?

Idem est dicendum de amente, qui ante amentiam, & de furioso, qui dum haberet dilucida intervalla, petierunt Baptismum, etiamsi postea dum baptizantur, resistere videantur.

Et discutitur, an Minister, qui ante somnum habuit voluntatem baptizandi aliquem, si illum dormiens baptizet, conficiat Sacramentum? Ex p. 3, tr. 4. Refol. 12.

Sup. hoc a-
mente in
Ref. præce-
rita, & in
aliis ejus
not.

§. 1. **R**espondeo affirmativè, & ita determinat Innocent. III. in cap. majores de Baptismo, & sumitur ex Concil. Carthag. III. can. 34. & Arausic. I. can. 12. quia voluntas, & propositum præcedens sufficit, ut illa susceptio Baptismi censeatur voluntaria, & ut censeatur non ponere obicem, & idem, ut ex pluribus notavit Barbosa in collect. tom. 1. lib. 3. tit. 4. c. 3. in n. 16. Sylvius in 3. part. q. 68. art. 7. dicendum est de amente, qui ante amentiam, & de furioso, qui dum haberet dilucida intervalla, petierunt Baptismum, etiam si postea dum baptizantur, resistere videantur, nam illa resistentia non repugnat intentioni antea elicitæ, cum ipsa sit actus humanus. Sed dices, minister, qui ante somnum habuit voluntatem illum baptizandi, si illum dormiens baptizet, non conficiet sacramentum; ergo neque similis voluntas sufficiet ex parte baptizati.

2. Respondet Cabrera de Sacram. in 3. p. q. 68. art. 7. quod aliqui Theologi probabiliter dicunt in tali casu verum confici sacramentum, sufficeretque virtutalem voluntatem ministri, præsertim si illa actio, quam dormiens exequitur, ortum habeat ex efficaci voluntate conferendi baptismum, quam in vigilia habuit. Hæc solutio procul dubio est probabilis, nec poterit facile falsitatis convinci, quoniam illa actio quæ fit à dormiente, videtur voluntaria virtualiter in sua causa, nempe in voluntate habita in vigilia. Quare in tali casu puto baptismum exercendum esse sub conditione. Ita Cabrera; sed ego puto majorem voluntatem, & intentionem requiri in Ministro ad baptismum, quam in suscipiente; & ita est dispar ratio inter utrumque casum.

RESOL. XXXVIII.

An mutus & surdus, si in terris Infidelium se miscet cum aliis ad suscipiendum Baptismum, sit baptizandus? Ex p. 5, tr. 6. Refol. 1.

§. 1. **H**ic casus olim torfit Doctorum ingenia, & de illo agit Lopez in Instr. conscient. part. 1. cap. 12. ubi sic asserit: Et adhuc paululum pergimus immorari in hac scitu digna questione ab hac non abhorrenti materia, scilicet qui natus est surdus & mutus inter infideles, qui nunc convertuntur in Indiarum novo Orbe, qui jam adultus evasit, si baptismum petit, quia alios videt baptizari, an sit ei conferendus? Et quidem non tam patens est questio ut statim succurrat menti quid sit dicendum. Nam aliqui Thomistæ, quibus ad manus casus hic venit, in regionibus Indiarum non aucti sunt tali conferre baptismum.

nam pro parte negativa hæ rationes urgere videntur. Prima; quia cum in adultis ad baptismum requiratur dispositio fidei absolute, & contritionis, aut attritionis, si baptizandus mortalis peccati est conficius, iste quia mutus & surdus à nativitate fuit; unde juxta præceptum Domini, *Ite, docete omnes gentes baptizantes eos*, edoceri non potuit ut baptizaretur, fide explicita, & implicita videtur carere, est ergo indispositus. Item de mus quod possibile & verisimile est furatum fuisse, cum uxore aliena coisse, quæ acta mala esse etiam nemine docente exterius, lumen naturale, quod signatum est super nos, ei dicat. Quorum peccatorum contritione, aut dolore videtur carere, quia de necessitate doloris ad baptismum necessarij edoceri nequit; ergo ne indisposito, & in peccato complacenti detur baptismus, non est ad baptismum recipiendus, ne sacrilega sit receptio.

2. Sed in contrarium hæ quoque premunt rationes. Prima, quia non est in via aliquis relinquendus, dum viator est extra statum salutis. Negare autem huic petenti baptismum, videtur illum tanquam sine spe remedij relinquere; ergo. Item præsumendum est talem surdum à nativitate, & clinguem, si cum signis petit baptismum à Deo, de quo Divus Joannes ait, quod illuminat hominem venientem in mundum, fuisse illuminatum de fide suprenaturali saltem implicita, & de dolore necessario, quia Deus non deficit in necessariis; ergo est baptizandus. Et confirmatur ex Diuo Augustino, ubi Catechumenos retinentes adulterina confortia, si desperati, & intra se pœnitentes jacuerint, neque pro se respondere potuerint, quia amiserunt usum lingue, alio modo baptizandos, inquit, hujusmodi puto; ergo simili ratione hujusmodi mutos & surdos à nativitate, si signa contritionis, tundendo pectus, vel aliter ostenderent, baptizandos esse censeret. Sed quia rationes hæ pro parte affirmativa solutiones planas habent, & quia rationes pro parte negativa urgentiores sunt, si quis velit hujusmodi baptizare surdum & clinguem, me authore non faciet, sed expectabit judicium saltem Episcopi, qui cum doctis sibi adjunctis personis investigare curet, an talis ex vivacitate judicij, ex inspiratione Dei, vel exterioribus Religionis Christianæ exercitiis, & sacramentis à se visis dari, apprehenderit pro salute anime talia suscipi remedia, divinæque esse, & ab uno Deo cœli, & terræ instituta, si hæc signis exterioribus se intelligere significaverit, simulque fidem de Deo se habere, dolorumque de peccatis. Tunc his præhabitis si baptizaretur, non damnare a usim, alias affirmativam relinquens, negativam citius complectetur, Huc usque Lopez.

38 Sed si Episcopus longè distaret, ego puto in tali casu posse Parochum cum aliis viris doctis dictum mutum & surdum examinare, illumque baptizare; & ita docet Episcopus Moscoso in summa tractat. 2. cap. 5. in n. 7. ubi sic ait. [En el caso del Padre Lopez del fardo y mudo infiel, que veniesse adonde los Christianos se estan bautizando (como sucedio en las Indias) y por señas pidiesse el Bautismo, tengo por acertado se siga su parecer, que es, que se consulte al Obispo o Prelado para que se examine con su autoridad, si el mudo llega bien dispuesto para recibir el Sacramento del Bautismo y su efeto, y se bautize. Verdaz es que si el-Cura sabe bien lo que haze, y puede examinar por señas al mudo por su persona]

De Sacram. Baptismi. Ref. XXXIX. &c. 27

persona y con acuerdo de algunos hombres doctos, particularmente siendo difficultoso acudir al Obispo, pues no se acude à el por tener jurisdiccion, sino solo por el examen. Tambien es verdad asseñtada que si sin examen le bautizasse, aunque serja peccato mortal, quedaria verdaderamente bautizado.] Ita ille, & ego.

RESOL. XXXIX.

An in naufragio, vel alio casu ob periculum mortis, possit quis plures baptizare?

Et an si quis ita plures baptizavit in statu peccati mortalis, committat tot peccata mortalia, vel unum tantum?

Et an, qui ita plures baptizat extra casum necessitatis, non peccet mortaliter, salsuo scandalo. Ex part. 5. tract. 3. Ref. 27.

§. 1. **R**espondeo affirmativè cum D. Thom. in 3. p. q. 66. art. 5. ad 4. quia in tali casu nihil dehit ad valorem sacramenti; & extrema necessitas facit, quòd talis modus baptizandi sit licitus. Et ita hanc sententiam docet Coninch. de Sacram. q. 67. art. 6. dub. 2. n. 51. Ubi sic ait: Urgente gravi necessitate, uti quando immineret subito multis mortis periculum, licitè hoc modo plures baptizantur; est communis Doctorum. Ratio est, quia cum Baptismus possit valide ita conferri, nulla fit ei irreverentia, si in tanta necessitate contra consuetum ritum conferatur. Ita ille, licet Sotus in 4. sent. dist. 4. q. unic. art. 4. §. secundo sequitur, etiam extra casum necessitatis existimet plures baptizantes non peccare mortaliter, si citra scandalum fiat, sed hanc sententiam refellit Coninch. ubi supra, & Hurtado de Sacrament. Baptismi, disput. 2. diff. c. 7. ubi etiam docet ex communi Doctorum sententia, in tali casu adesse plures Baptismos, & plura Sacramenta, quia sunt plures ablutiones formaliter & expressè, & sunt plures forme, quamvis non formaliter & expressè, sed æquivalenter, quia, Ego vos baptizo, æquivaler his, Ego te baptizo, & Ego te baptizo, æquivaler illis, Ego vos baptizo, quia illis verbis. Ego vos baptizo, vere significatur omnes ablutiones quibus Minister sub his verbis baptizat, quod sufficit, ut ex dicta forma, quæ æquivalenter est plures, & ex dictis pluribus ablutionibus plures fiant Baptismi, & plura sacramenta.

2. * Sed in hoc casu si esset vera sententia Vasquez, & aliorum asserentium etiam laicos ministrantes in periculo mortis baptismum in peccato mortali, peccare mortaliter; si, inquam, vera esset hæc sententia, posset quis querere, * an si quis plures baptizaret in statu peccati mortalis, committeret tot peccata; nam, ut dictum est, in tali casu sunt plures baptismi, & plura sacramenta. Verum, salvo meliori iudicio, etiam in sententia Vasquez, puto in tali casu non adesse nisi unum peccatum mortale, quia illa plura sacramenta conferuntur per modum unius.

Sup. hoc in Ref. præterita §. 1. ad medium, Verfici. m extra casu.

Sup. hoc ibidem §. 1. post medium, Verfici. Vbi etiam.

Sup. hoc in Ref. præterita §. ult. à lin. 5. & in alio ejus ult. timæ not.

Sup. hoc in Ref. præterita §. ult. à lin. 5. & in alio ejus ult. timæ not.

Sup. hoc in Ref. præterita §. ult. à lin. 5. & in alio ejus ult. timæ not.

RESOL. XL.

An unus possit plures baptizare absque necessitate sine peccato mortali?

Et notatur, quod in tali casu non unum, sed plura

ra Sacramenta conficerentur. Et an ita baptizans, si esset in peccato mortali, committat tot peccata, quot personas baptizavit?

Et advertitur, quod si sit aliquod monstrum, puta, si nascitur homo cum duobus capitibus, atque duobus dorsis, ita ut certum sit esse distinctas personas, & distinctis animabus constare, singulas earum baptizandus esse cum forma illa, Ego te baptizo, &c.

Sed adverte etiam, obsecro, quid faciendum sit, si certò deprehendi nequeat, esse duas personas, & duabus animabus informari? Ex p. 9. tract. 6. & Misc. 1. Ref. 29. alias 30.

§. 1. **R**espondeo, te posse simul plures baptizare, si plures abluas, & formam omnes comprehendentem proferas, sicuti si plures abluendo, diceres, Ego te baptizo; quia ablutio non est unica, sed multiplex, juxta multiplicatam subjectionum, qui abluuntur: forma verò, citò, videatur physicè una, moraliter multiplex est, quia eundem sensum præstat ea forma: Ego vos baptizo, super plures prolata, ac si super singulos diceres, Ego te baptizo. Et ita docet D. Thom. in 3. p. q. 66. art. 5. ad 4. & ibi Araujo, Serra, & alij ejus scholæ, Alexander de Ales 4. p. q. 8. mem. 6. artic. 7. & Palud. in 4. disp. 3. q. 2. n. 4.

2. Sed difficultas est, an ita baptizare sine necessitate, sit peccatum mortale. Et negativam sententiam docet Sotus in 4. dist. 4. q. unic. art. 4. §. Secundo arguitur. Solum enim censet, in tali casu veniale peccatum adesse, si seceret, & citra scandalum fieret.

3. Sed ego puto, in tali casu sic baptizantem peccare mortaliter, quod docuit Scot. in 4. dist. 6. q. 2. §. Respondeo, & Gabriel q. 1. art. 2. conclus. 7. quos citat, & sequitur Pater Vasq. in 3. p. tom. 3. disp. 148. c. 7. n. 50. quia administrare sacramentum contra usum & modum consuetum, secundum se materia gravis est, nec levis judicari debet. Et ita hanc sententiam tenet etiam Coninch. de Sacram. quest. 67. art. 6. dub. 2.

4. Notandum est tamen hic obiter, quod in tali casu, non unum sacramentum, sed plura conficerentur, ut optimè probat Coninch loc. cit. conclus. 3. & Vasquez num. 51. nam, licet in prædicto casu non sint diversa verba, & orationes; sed una tantum super omnes baptizatos proferatur: ea tamen vim habet diversarum formarum; non, quia in ea expressè sunt plures significationes, (ut quidam dixerunt, quorum sententiam refellit Paludanus disp. 3. quest. 2. num. 10. (Sed, quia illa una significatio ad plures refertur, & hac ratione plurimum rationem habet, & singulis integrè accommodari potest; siquidem plumbus formis æquivaler: & hoc satis est, ut plura Sacramenta constituere possit.

5. Sed, an ita baptizans, si esset in peccato mortali, committeret tot peccata, quot personas baptizavit? Respondeo, committere unum solùm peccatum: nam, licet diversa ministravit sacramenta, censentur verè ministrata per modum unius; atque ideo in genere moris non plura, sed unum constituunt peccatum.

6. Notant etiam Marsil. in 4. q. 4. art. 4. dub. 18. Gabriel d. 6. q. 1. art. 3. dub. 5. & Scot. q. 2. §. De quarto membro: quòd si sit aliquod monstrum, puta, si nascatur homo cum duobus capitibus, atque duobus dorsis, ita ut certum sit, esse distinctas personas, & distinctis animabus constare, singulas illor

Sup. conten. to in hoc §. ex Ref. præterita, lege doctrinam à principio, §. 1. usque ad medium, & alterius §. not. primæ dictæ Ref.

Sup. hoc in Ref. præterita §. 1. ad medium, Verfici. m extra casu.

Sup. hoc ibidem §. 1. post medium, Verfici. Vbi etiam.

Sup. hoc in Ref. præterita §. ult. à lin. 5. & in alio ejus ult. timæ not.

INTON
Opera
Tom. 10 II
E III